

四旬期後第一週星期五 (春季齋期星期五)

紫色

十二位宗徒堂是四季齋期內的集合祈禱堂，喚醒我們記憶星期六的授聖品禮。我們該懇切祈求，使天主把多而聖的司鐸賜給祂的教會。掌有因基督名而赦罪之權力的，便是那些司鐸。

彌撒：罪人該聽天主的喚召，以便回心轉意，千萬勿冒失望的錯誤（書信）。天主要求我們悔改及信賴基督，正為能寬宥我們。基督過去怎樣醫治了曾患病三十八年的癱子（福音），如今對一切的罪人、即使是最硬心的，祂也真正的同樣醫治。至於義人方面，為他們的懦弱、所需要憐憫性的援助，常能得之於耶穌身上，尤其是在彌撒之中：因彌撒是祂十字架救贖的祭獻，經司鐸們的代理而從新舉行的。祂在這聖祭中、時時存在及等待著，為使我們任意向祂汲取再不重陷罪惡的勇力。

詠 24 : 17 , 18 , 1 – 2

De necessitatibus meis éripe me,
Dómine: vide humilitátem meam et
labórem meum, et dimítte ómnia
peccáta mea. Ad te, Dómine, levávi
ánimam meam: Deus meus, in te
confido, non erubéscam. Glória Patri,

Esto, Dómine, propítius plebi tuæ: et,
quam tibi facis esse devótam,
benígnó réfove miserátus auxílio. Per
Dóminum nostrum.

則 18 : 20 – 28

Hæc dicit Dóminus Deus: Anima,
quæ peccáverit, ipsa moriétur: filius
non portábit iniquitátem patris, et
pater non portábit iniquitátem filii:
iustítia iusti super eum erit, et
impíetas ímpii erit super eum. Si

進臺詠

主啊！求祢救拔我脫離我的憂患；
求祢垂視我的勞苦和可憐，赦免
我犯的一切罪愆。上主，我向祢
把我的心舉起，我的天主，我全
心要倚靠祢。懇求祢不要使我蒙
受羞恥。光榮歸於父……。

集禱經

主，求祢惠顧祢的子民；祢既使
他們忠順於祢，求祢以祢的慈佑、
重振他們的勇力。因我們主……。

書信

上主我們的天主說：「誰犯罪，
誰就該喪亡；兒子不承擔父親的
罪過，父親不承擔兒子的罪過；
義人的正義歸於義人自己，惡人
的邪惡也歸於惡人自己。若惡人

autem impius égerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, et custodierit omnia præcepta mea, et fecerit iudicium et iustitiam: vita vivet, et non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, vivet. Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dóminus Deus, et non ut convertatur a viis suis, et vivat? Si autem avérterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominatiões, quas operari solet impius, numquid vivet? omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: in prævaricatione, qua prævaricatus est, et in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur. Et dixistis: Non est æqua via Dómini. Audite ergo, domus Israël: Numquid via mea non est æqua, et non magis viæ vestræ pravæ sunt? Cum enim avérterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia, quam operatus est, morietur. Et cum avérterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, et fecerit iudicium et iustitiam: ipse animam suam vivificabit. Consíderans enim, et avértens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita vivet, et non morietur, ait Dóminus omnipotens.

詠 85 : 2 , 6

Salvum fac servum tuum. Deus meus, sperantem in te. Auribus percipe, Dómine, orationem meam.

詠 102 : 10 ; 78 : 8 – 9

悔改，遠離所犯的罪過，遵守我的法度，遵行我的法律和正義，必得生存，不至喪亡。他所行的一切邪惡必被遺忘；他必因所行的正義而得生存。我豈能喜歡惡人的喪亡？——吾主上主的斷語——我豈不更喜歡他離開舊道而得生存？若義人離棄了正義而行惡，一如惡人所慣行的醜惡，他豈能生存？他行過的正義必被遺忘，因為他背信違約，犯了罪過，必要喪亡。你們或說：上主的作法不公平！以色列家族，請聽我說：是我的作法不公平嗎？豈不是你們的作法不公平？若是義人離棄正義而行惡，因而喪亡，是因為他所行的惡而喪亡。若惡人遠離他所行的惡事，而遵行法律和正義，必能保全自己的生命，因為他攷慮之後，離棄了所行的一切惡事，他必生存，不至喪亡。」這是全能的天主說的。

臺階詠

我的天主啊！求你拯救你的僕人。上主，求你俯聽我的祈禱，求你細聽我懇求的哀號。

連唱詠

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. Hic genuflectitur. Adiuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

若 5 : 1 – 15

In illo témpore: Erat dies festus Iudæórum, et ascéndit Iesus Ierosólymam. Est autem Ierosólymis Probática piscína, quæ cognominátur hebráice Bethsáida, quinque pórticus habens. In his iacébat multitúdo magna languéntium, cæcórum, claudórum, aridórum exspectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini descendébat secúndum tempus in piscínam, et movebátur aqua. Et, qui prior descendisset in piscínam post motiónem aquæ, sanus fiébat, a quacúmque detinebátur infirmitáte. Erat autem quidam homo ibi, trigínta et octo annos habens in infirmitáte sua. Hunc cum vidísset Iesus iacéntem, et cognovísset, quia iam multum tempus habéret, dicit ei: Vis sanus fieri? Respóndit ei lánguidus: Dómine, hóminem non hábeo, ut, cum turbáta fúerit aqua, mittat me in piscínam: dum vénio enim ego, álius ante me descéndit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabátum tuum, et ámbula. Et statim sanus factus est homo ille: et sústulit grabátum suum, et ambulábat. Erat autem sábbatum in

主啊！求祢不要按我們所犯的罪惡，對待我們；求祢不要按我們的過犯、報應我們。主啊！求祢不要追念我們已往的過犯，而懲罰我們；願祢的慈悲、速來救濟我們，因為我們太荏弱了。（此處跪下）天主啊！我們的救援啊！因祢聖名的榮耀、救助我們。因祢的聖名、解救我們，饒恕我們的罪惡。

福音

那時候，正是猶太人的慶節，耶穌便上了耶路撒冷。在耶路撒冷靠近羊門有一個水池，希伯來語叫作「貝特匝達」，周圍有五個走廊。在這些走廊內，躺著許多患病的，瞎眼的，癱腿的，痲痺的，都在等候水動，因為有天使按時下到水池中，攪動池水；水動後，第一個下去的，無論他患什麼病，必會痊愈。在那裡有一個人，患病已三十八年。耶穌看見這人躺在那裡，知道 he 已病了多時，就向他說：「你願意痊愈嗎？」那病人回答說：「主，我沒有人在水動的時候，把我放到水池中；我正到的時候，別人在我以前已經下去了。」耶穌向他說：「起來，拿起你的床，行走罷！」那人便立刻痊愈了，拿起自己的床，行走起來；那一天正是安息日。於是猶太人對那痊愈的人說：「今天是安息日，不許你拿床。」他回答他們說：「叫我痊愈了的那一位給我說：拿起

die illo. Dicébant ergo Iudæi illi, qui sanátus fúerat: Sábbatum est, non licet tibi tóllere grabátum tuum. Respóndit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabátum tuum, et ámbula. Interrogavérunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabátum tuum et ámbula? Is autem, qui sanus fúerat efféctus, nesciébat, quis esset. Iesus enim declinávit a turba constitúta in loco. Póstea invénit eum Iesus in templo, et dixit illi: Ecce, sanus factus es: iam noli peccáre, ne detérius tibi áliquid contíngat. Abiit ille homo, et nuntiávit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.

詠 102 : 2 , 5

Bénedic, ánima mea, Dómino, et noli oblivísci omnes retributiónes eius: et renovábitur, sicut áquilæ, iuvéntus tua.

Súscipe, quæsumus, Dómine, múnera nostris obláta servítiis: et tua propítius dona sanctífica. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta

你的床，行走罷！」他們就問他：「給你說拿起床來，而行走的那人是誰？」那痊愈的人卻不知道他是誰，因為那地方人多，耶穌已躲開了。事後，耶穌在聖殿裡遇見了，他便向他：說「看，你已痊愈了，不要再犯罪，免得你遭遇更不幸的事。」那人就去告訴猶太人：使他痊愈的就是耶穌。

奉獻詠

我的靈魂，請向上主讚頌，請你不要忘記他的恩寵。祂使你的青春更新如鷹。

密禱經

主，求祢接納我們盡僕職者所呈獻的禮品，並祝聖祢所恩賜我們的餅酒。因我們主……。

四旬期頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，以我們於肉身上所甘受的齋苦，來遏制我們的私慾，提高我們的心靈，賜給我們功德和酬報。藉著祂（基督），對於祢的尊威，諸天神予以讚美，宰制者予以欽

Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte iúbeas, deprecámur, súplici confessiÓne dicéntes:

詠 6 : 11

Erubéscant et conturbéntur omnes inimíci mei: avertántur retrórsum, et erubéscant valde velóciter.

Per huius, Dómine, operatiÓnem mystérii, et vítia nostra purgéntur, et iusta desidéria compleántur. Per Dóminum nostrum.

Exáudi nos, miséricors Deus: et méntibus nostris grátiae tuæ lumen osténde. Per Dóminum nostrum.

崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

願我一切仇敵，都蒙愧赧驚駭；願他們退避，蒙受恥辱。

領主後經

主，切望這奧蹟發揮作用：滌除我們的種種惡習，滿足我們的合義意願。因我們主……。

為教民誦

仁慈的天主，求祢以祢的寵光、照耀我們的心靈。因我們主……。